

tem, & ex firmamenti conflictione,  
 & quasi concursu quæstio exoritur  
 quædam, quam disceptationem uo-  
 co, in qua quid deueniat in iudiciũ,  
 & de quo disceptetur, quæri solet.  
 Nam prima aduersariorum conten-  
 tentio diffusam habet quæstionem,  
 ut in coniectura, ceperitne pecunias  
 Decius. In definitione, minueritne  
 maiestatem Norbanus. In æquitate  
 iurêne occiderit Opimius Gracchũ.  
 Hæc, quæ primam contentionem ha-  
 bent ex arguẽdo, & resistendo, lata,  
 ut dixi, & confusa sunt. Rationum,  
 & firmamentorum contentio addu-  
 cit in angustam disceptationem, ea  
 in coniectura nulla est. Nemo enim  
 eius, quod negat factum, rationem  
 aut potest, aut debet, aut solet redde-  
 re. Itaq; in his causis eadem, & pri-  
 ma quæstio & disceptatio est extre-  
 ma. In illis autem ubi ita dicitur, non  
 minuit maiestatem, quòd egit de Ce-  
 pione turbulentius. Populi enim Ro-  
 mani dolor iustus uim illam excita-

E 3

uit,